[**Obrazová příloha**]

In: *Mnema Vladimír Groh.* Češka, Josef (editor); Hejzlar, Gabriel (editor). Vyd. 1. Praha: Státní pedagogické nakladatelství, 1964, pp.

Stable URL (handle): https://hdl.handle.net/11222.digilib/119570
Access Date: 04. 03. 2024
Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

MUNI ARTS Masarykova univerzita Filozofická fakulta

Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University
digilib.phil.muni.cz

Tab. 1 Le miroir étrusque à Brno



Tab. 2 Le miroir étrusque à Brno
(revers et avers)



Tab. 3 a. Der grosse Schlachtsarkophag Ludovisi
b. Sarkophag von der Via Appia

Tab. 4 Amazonensarkophag Vat. Belv. 49

Tab. 5 Prometheussarkophag, Neapel

vos p. c. quorum auctoritas turpissimo cuique et sceleratissimo
ludibrio est Ubi ubi M. tullius leges iudicia rem p.
defendit atque in hoc ordine ita moderatur quasi unus re-
liquus e familia viri clarissimi scipionis affricani ac
non repertitius accitus ac paulo ante insitus huic urbi
civibus. An vero M. tulli facta ac dicta tua obscura sunt
an non ita a pueritia vixisti ut nihil flagitiosum cor-
pori tuo putares quod alicui collibuisset. Aut scilicet istam
inmoderatam eloquentiam apud M. pisonem non pudicitiae
iactura perdidicisti. Itaque minime mirandum est quod eam fla-
giciose venditas quam turpissime parasti. Verum ut
opinor splendor domesticus tibi animos tollit uxor
sacrilega ac periuriis debilitata filia matris pellex
tibi iocundior atque obsequentior quam parenti par est. Do-
mum ipsam tuam vi et rapinis funestam tibi ac tuis com-
parasti videlicet ut nos commonefacias quam conversa sit
res p. cum in ea domo habitares flagitiosissime quae
publii crassi viri consularis fuit. Atque haec cum ita sint tamen se Cicero
dicat in concilio deorum inmortalium fuisse inde missum
huic urbi civibusque custodem absque carnificis nomine
cuius civitatis incommodis gloriam suam ponit. Quasi vero non
illius coniurationis causa fuit consulatus tuus et ideo
res p. disiecta eo tempore quo te custodem habebat. Sed ut opinor
illa te magis extollunt quae post consulatum cum terentia uxore
de re p. consuluisti cum legis plautiae iudicia domo
faciebatis ex coniuratis alios pecunia condempnabatis
cum tibi alius tusculanam alius pompeianam villam ex-
edificabat alius domum emebat. Qui vero nihil poterat
is erat calumpniae proximus is aut domum tuam op-
pugnatum venerat aut insidias senatui fecerat de-
nique de eo tibi compertum erat. Quae tibi si falso obicio
redde rationem quantum patrimonium acceperis quod tibi litibus
accreverit qua ex pecunia domum paraveris tusculanum
et pompeianum infinito sumptu edificaveris cui
potest dubium esse quin non opulenciam istam ex sanguine et mi-
seriis civium paraveris. Verum ut opinor homo novus
arpinas ex M. crassi familia illius virtutem imitatur

Tab. 6 Codicis Krumloviensis nr. 60, fol. 43b = Invectivae in Ciceronem (ed. A. Kurfess, Lipsiae 1958) p. 2, 2—5, 2 textus luce pictus



Tab. 7 Rotulus Altovadensis (finis)